



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Margarita Poenitens. 22. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Vive memor mortis, quò semper vivere possis:

*Quidquid adest, transit; quod manet, ecce venit.
Quam benè providit, qui te male munde reliquit,
Mente priùs carni, quàm tibi carne mori.*

Ex Surio & Baron.

Ei, qui omnia elargitus est, universas opes dato; nunquam Dei liberalitatem vinces, quamvis omnium tuarum facultatum jacturam feceris, quamvis te etiam facultatibus adjunxeris; Nam hoc quoque ipsum accipere est, Deo aliquid donare. S. Nazianzen. Orat. de amor. pauperum.

S. MARGARITA POENITENS.

22. Februarii.

MARGARITAM hanc in Perusino agro invenimus: nitorem ejus in juvena Amor turpis extinxit, restituit deinde D. Francisci disciplina. Viro nobili olim, imò Veneri serviebat. Is domo quandoque abiit, cane comite. Hæc post dies non multos lacinia prehensam MARGARITAM ad struem lignorum deduxit, oculis, latratuque rogare visa, ut ligna amoveret. Amovet, Dominum agnoscit; sed jam mortis larvam. Enimverò exhorruit, & in alieno vultu suum contemplata, formam, mundum, & ante omnia vitam priorem lacrimis damnat. Et abluerunt hæc brevi latentem in cœno MARGARITAM; vitæ rigor velut scalpellum pulcherrimam reddidit, ut jam prodigiis splenderet. Et primò, ne VIRGINIS immemorem putes vixisse, id precibus exoravit, ut dolores, quos stans illa ponè crucem pertulerat, etiam ipsa persentisceret. Sensit, & sub horam tertiam inter manus multorum collapsa, inde horâ nonâ mori

rienti Christo commori, nec nisi sub vesperam redire in vitam visa est. Aliàs Crucifixo inhærens multa gemitibus rogabat, cum è cruce Christus:

Quid vis misera? Illa, Nihil aliud præter te Domine. Ignosce MARGARITA, avara nimium es. aut verò dic, poterásne amplius exigere? Ex Ann. Minorum.

Ecce qualiter manumittit, quali præmio honorat suam diabolus servitutem, ut mors simul & finiat vitam & inchoet pœnam? at qui Christo serviunt, illusâ morte, cum stipendiis sanctitatis perpetuam transferuntur ad vitam. S. Pet. Chryl. serm. II 4.

S. LAZARUS CONF. 23. Februarii.

Pictorem pingimus, utinam suis coloribus & tam bonis, quàm bonis ille alios Divos depinxit! LAZARVS est, Monachus idem & Apelles, sed sanctior illo altero, ut qui non jam Venere Cupidinesque (oculorum laqueos) sed VIRGINEM & in VIRGINIS sinu VIRGINEM AMOREM, aliofque cæli indigetes animare penicillo solitus est, eoque studiosius, quòd sub eadē tempora Theophilus Imp. sublata è medio omnia Divorum monumenta vellet, omnibusque pœnis in eos sæviret, qui non conspuerent hæc pedibusque calcarent. Pugnabat ergo contra barbaram furorē doctâ manu LAZARVS, & peniculo reparabat, quidquid ferro ille in templis vel deleverat, vel deformarat. Captus igitur & ultimis tormentis excarnificatus in ipso tamen carcere tot trophæa de Theophilo posuit, quot iconas Divorum (plurimæ erant) pinxit. Tunc enim verò excanduit iræ tyrannus, ferroque & ipso candenti patronas Divorum manus eò usque fœdum in modū adussit, dum exanime corpus dolori succumberet. Neque sic

23. Feb. sic tam sed pre in fano aggre Theop habere
 Qu caturu linquat imagin macula
 Conn.
 B. D
NE p At scie tem I aram qualis est, & Nico stimu DEVS res car ris ab non j quale prosp res n beatis malu agere in ger